



## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

44. Applicatio sensuum ad SS. Evcharistiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

*Luc. 11.*  
3. men præcinctè, quia non potest comprehendere  
in Sacramento etiam magis, quando velatum  
se exhibet. Præcingam & ego meipsum, cohi-  
bendo fluxa desideria: ut dignè accumbam isti  
mensæ: nam & ideo prius orare jubemur: *fiat*  
*voluntas tua*: tum ubi in hac profecerimus,  
*Panem nostrum da nobis hodie.* Et quia convi-  
*I. Reg.*  
*19. 8.* vium, est pignus æterni convivij: simul est via-  
ticum, in cujus fortitudine cum Elia pertingere  
possumus, *usque ad montem Dei Horeb.* Quare  
quoties sumam, ita me comparabo, quasi nunc  
*Prov.*  
*23. 2.* profecturus: quo potest aptari illud: *Quan-*  
*do sederis ut comedas cum Principe, statue cul-*  
*trum in gutture tuo.* Moriturum te puta, & sic  
ad Christi Regis mensam accumbe.

---

## MEDITATIO XLIV.

*Applicatio sensuum ad Sacrosanctam  
Eucharistiam.*

### PUNCTUM PRIMUM.

*Visus.*

**A**spiciam species illas, considerans, confi-  
stere sine subjecto: & ejus rei fidem exer-  
cens, ac omnipotentiam Dei laudans aspiciam  
sub illis Christum gloria coronatum: & pene-  
*Heb. 1. 3.* trabo ad intima, quòd sit *splendor gloria Patris,*  
& *figura substantia ejus.* Item, quomodo sa-  
cra illa humanitas conjuncta sit illis  
speciebus ineffabi-  
liter.

PUN-



PUNCTUM II.

**A**udiam, quid ibi existens loquatur mihi : Audicus  
Audiam invitantem : *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis.* Prov. 9. 5.  
*Relinquitte infantiam, & vivite, & ambulate per vias prudentia. Et comedite, amici, & bibite, & inebriamini charissimi.* Cant. 5. 1.  
Et : *Omnes sitientes venite ad aquas, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra.* Is. 55. 1.  
Item exhortantem : *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Matt. 11. 29.  
Audiam Angelos, cum jam communicaturus sum, dicentes, *Ecce sponsus venit, exite obviam ei cum lampadibus.* c. 23 7. Matt. 25. 6.  
Et cum accipero : *Loquere Domine, quia audit servus tuus :* 1. Reg. 3. 9.  
*Audiam, quid loquatur in me Dominus.* Psf. 84. 9.

PUNCTUM III.

**O**dorabo suavitatem sacrificij, dum se Christus in hoc Sacramento offert Patri, in odorem suavitatis. Item fragrantiam virtutum ipsius : & tanquam aquila congregabor ad corpus; quod faciunt animæ contemplationi deditæ. *O trahere me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum.* Matt. 14. 28. Cant. 1. 3.

PUNCTUM IV.

**G**ustabo, quàm suavis est Dominus præ omnibus : *Gustatus*  
ni manna : facit dulcescere virtutum exercitia, quamvis amara sensibus. *Quin ipse Dominus*  
*habet*



nus pascitur suaviter, dum editur à nobis, quia est panis vivus, & delectatur, dum manditur.

## PUNCTUM V.

**T**angam spiritu, tangam & manu, cum oportet quia virtus de illo exit ad sanandum omnes, ut quæ dicebat: *Si tetigero, salva ero.*  
*Quin osculum petam in sumendo, osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis.* Hæc sunt species Sacramentales, quæ continent suavitates præ omnibus terrenis. Amplius spiritu penetrabo ad sacras cicatrices, mittensque digitos & manus, exclamabo, *Dominus meus, & Deus meus, &c.*

Tactus.  
 Luc. 6.  
 19.  
 Marc.  
 5, 28.  
 Cant.  
 1. 1.  
 Ioan.  
 20, 28.

## MEDITATIO XLV.

*De supplicatione Corporis Christi.*

## PUNCTUM PRIMUM.

**C**ogitabo Christum obeuntem civitates & villas, *benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo;* & quo affectu fuisset tunc illum comitaturus. Faciam jam, nec dubitem etiam nunc bene eis facere, qui ipsum glorificant, & relinquere suæ præsentiae effectus, quocumque procedit.

Act. 10.  
 38.

## PUNCTUM II.

**C**ogitabo ingressum Ierosolymitanum, & pompam illam cum ista conferam: *vehebatur*